Castrensis Premisliensis status personaliter in vim relationis sue re-
cognovit quia adcitatus seu innotescentia litteralis Ca-
strensis Premisliensis lacus in se caveat ex parte nobilis
Sebastiani Chmielowski feria quarta post festum Sancto-
rum trium regum proxime preterita super quodam stan-
sia ostrorog in bonis ville Tilowicze apud providum
Steczko advocatum eiusdem ville posuit et reliquit pos-
tulatque eiusdem adcitationis seu innotescentie eidem soli et fa-
milie ipsius ac incolis eiusdem ville publicavit et ad
notitiam deduxit que ita et non aliter fieri ipse nobilis recogno-
vit

Lowiezky quietat Borathinsky

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Ca-
strensis Premisliensis nobilis Adam Lowiezki publice
et per expressum recognovit quia est sibi totaliter et ple-
narie satisfactum de omnibus summis pecuniarijs a
Quondam Nicolao Borathinski quas habuit super bonis vil-
le Szyrokoysze actis terrestribus Premisliensibus inscriptis
ratione cuius satisfactionis inscriptiones terrestres Premisliensis
super bonis ville Szyrokoysze Szwien cassat mortificat
et in nihilum convertit ac eundem Nicolaum Borathinski de
prefata summa quietat et liberum facit libique et suis poste-
ris pro premissis omnibus perpetuum facit et imponit silen-
tium super quod ulterius positum est

Zozansky quietat Borathinsky

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensis
Premisliensis nobilis Iwan Zozanski publice palam et per
expressum recognovit quia est sibi totaliter et plenarie
satisfactum de omnibus summis pecuniarijs a Quondam Nicolao
Borathinski quas habuit super bonis ville Szyrokoysze actis
terrestribus Premisliensibus inscriptis ratione cuius satisfactionis inscri-
ptionis seu inscriptiones terrestres Premisliensis super bonis ville Szyro-
koysze Szwien cassat mortificat et in nihilum convertit ac
eundem Nicolaum Borathinski de prefata summa quietat et liberum
facit libique et suis posteris pro premissis omnibus perpetuum facit
et imponit silentium nihilominus tamen ipse Iwan Zozan-
ski inscribit et obligat se cum suis posteris in omnibus bo-
nis suis per eum habitis et habendis nobilem Annam
consortem suam legitimam ad premissos vel secundos terminos
terrestres Premisliensis ad acta terrestria Premisliensis statuere
que statuta debebit ac tenebitur super presentem inscriptionem

quietationem consentire et eandem in toto approbare et ratificare
ad quod faciendum et complendum ipse Iwan Zozanski se inscri-
bit et obligat sub vadio quingentorum florenorum pecunie nemo etiam
ipse Iwan Zozanski inscribit et obligat se cum suis posteris inscri-
ptionem presentem quietationem Castrensis Premisliensis ex his actis
ad acta terrestria Premisliensis ad premissos vel secundos terminos terrestres
Premisliensis transferre et transportare sub simili et penali
vadio quingentorum florenorum pecunie pro quoquidem vadio si se
ipse Iwan Zozanski cum suis posteris eidem Nicolao
Borathinski et eius successoribus ad ius terrestre vel castrensis Premi-
sliensis citare permiserit et permiserint extunc in premissis Cittonis
terminis tanquam in peremptorio stare parere et rendere ac pro prefa-
to vadio a iudicio non recedere satisfacere debet et tenebitur
ipsumque primum terminum nulla recognitione nec colore recogni-
tate neque iudicialiter neque extraiudicialiter differre vera vel simpli-
ci infirmitatibus tum actionum pro maiori evadendi nullas
motiones cum appellationibus faciendi nec quicquam libere inauxilio
contra presentem inscriptionem recipiendi sub vadio filius summe
quo vadio soluto utique inscriptio presentis et omnibus in ea
contentis satisfacere tenebitur tenens quoniam opus fuerit
nulla in hoc prescriptionem et tantumvis obstante super
quod ulterius positum est

21

Posit Citto ex parte Braczierowskich super Derschniak

Nobilis terrestris Premisliensis providus Thymotheus Iuli de
sub Castro Premisliensi coram officio et actis presentibus Ca-
strensis Premisliensis status personaliter in vim relationis sue
recognovit quia feria tertia post festum Sancti Martini
proxime preterita et anno proxime elapso innotescentia
litteralis Castrensis Premisliensis ad decernendum vadia triplica-
ta ob non admissionem in terminis in bona antiqua Rolyczy-
za in vadijs triplicatis per officium Castrensis Premisliensis
vallatis et interpositis alias prout ipsa innotescentia lacus
in suo tenore canit et obloquitur ex parte nobilium Stani-
slai Braczierowski principalis et Michaelis fratris ipsius
Germani tanquam ab ipso ad eam causam plenipotentiam
habentis super quodam petrum Derschniak in bonis et
curia sortis ipsius ville antiqua Rolyczyza posuit et
reliquit postulatque eiusdem Cittonis seu innotescentie facta et
familie eiusdem Curie ac incolis eiusdem ville iuxta iuris
formam publicavit et ad notitiam deduxit que ita et non
aliter fieri ipse nobilis recognovit